Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



18

meū et liberator meus. Deus meus adiu
tor meus. et sperabo in eum. Protector meus
et cornu salutis mee: et suscceptor mus. Lau
dans inuocabo dominū: et ab inimicis meis
saluus ero. Circumdederūt me dolores mor
tis: et torrentes iniquitatis cōturbauerūt me.
Dolores inferni circumdederunt me: preoccupaue
runt me laquei mortis. In tribulatione mea in
uocaui dominū: et ad deum meum clamaui.
Et exaudiuit de templo sancto suo: uocē me
am: et clamor meus in conspectu eius introi
uit in aures eius. Cōmota est et cōtremuit
terra: et fundamenta montium cōturbata sūt
et cōmota sunt: quō iratus est eis. Ascen
dit fumus in ira eius: et ignis a facie eius
exarsit: carbones succensi sunt ab eo. Incli
nauit celos et descendit: et caligo sub pedi
bus eius. Et ascendit super cherubin et uo
lauit: uolauit super pennas uentorū. Et
posuit tenebras latibulū suū: in circuitu eius